

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 116

**Autre(s) référence(s) :** Tabuteau 52

**Auteur(s) :** Adam de Magny [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Tours, Saint-Julien (abbaye)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1001-1100]

**Action juridique :** restitution

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Adam de Magny concède aux moines de Saint-Julien de Tours la dime d'Habloville autrefois donnée par son père Wimundus et qu'il avait constestée aux religieux.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Denis Louis-Jean (Abbé), *Chartes de Saint-Julien de Tours (1002-1227)*, Le Mans, Société des Archives historiques du Maine (Archives historiques du Maine ; 12, fasc. 1), 1912, n° 19, p. 29-30.

## Dissertation critique

L'acte n'est pas daté précisément (XIe siècle)

Texte établi d'après a

Quoniam dicta et facta hominum ut ipsi labuntur, necesse est ut et dicta et facta litteris commendentur, ut veritatem rerum quas facit modernitas et scire et defendere possit posteritas.

Sciant igitur presentes et futuri quod Wimundus de Magniaco, pro anime sue parentumque suorum remedio, decimam de terra sua de Hablovilla Sancto Juliano Turonensi et monachis ejus dederit in elemosina.

Post cujus mortem, filius ejus, Adam, in patris honorem successit. Sed pravorum hominum deceptione et propria cupiditate seductus, in elemosinam patris calumpniam misit decimamque saisivit. Sed cum, nec jure illam retinere, nec monachis, qui eam diu et quiete, et vivente et mortuo patre suo tenerant, potuisset auferre, Dei tandem inspiratione, consilioque amicorum, patris elemosinam recognovit, decimamque Sancto Juliano et monachis ejus, sine ulla consuetudine vel consuetudinis retentione, quiete et libere, pro anime sue suorumque salute, concessit, ac de ea priorem de Feritate, Widonem, quem desaisierat, resaisivit ipsiusque decime concessionem et donum in ipsius prioris manu propria ipse Adam tradidit, ibique ab ipso priore, per pacis osculum, beneficium abbacie et societatem loci sibi et suis accepit, sicque decimam a Sancto Juliano et monachis ejus jure perpetuo possidendam in fraterna pace confirmavit.

Concordiam istam firmavit Adam cum Widone monacho apud Magniacum, in propria domo.

Hoc autem Alberea, uxor ejus, et filii sui, Radulfus et Johannes Rainaudus, concesserunt.

Et pro perpetua et fideli decime custodia dominus Adam VI solidos, et uxor ejus VI denarios, et unusquisque filiorum unum denarium, de caritate Sancti et de manu Widonis, monachi, habuerunt.

Horum testes sunt et hoc viderunt :

Ex parte Sancti : Radulfus, forestarius, et Richardus Metirius.

Et ex parte altera : dominus Adam et uxor ejus, Alberea, et domus ejus tota.